Wasilkowski Consorti Debet.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan. Ex o
Praemysliensibus Gnosus Michael Josephus Wasilkowski Pincerna Podoliae, sa-
nus mente et corpore existens à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq
suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capita-
neali Praemysliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet secum Successo-
ribus ac Bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando 1267
atq subijciendo, palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia
ipse Gnosae Catherinae Humiecka Consorti suae legitimae et ipsis Successoribus Summam
Quinq Millium florenorum Polonicalium monetae et numeri in Regno currentis quem-
libet florenum per Triginta Polonicalibus computando et numerando certi
veri, iusti et liquidi debiti, mutuatoq apud se per Recognoscentem pecuniae
tenetur atq debet. Quamquidem summam suprascriptam Quinq Millium flo-
renorum Polonicalium, idem suprascriptus Recognoscens Gnosus Michael Josephus
Wasilkowski, se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus, sum-
misq pecuniarijs quibusvis habitis et habendis eidem supranominatae Gnosae Ca-
therinae Humiecka Consorti et Creditrici suae et ipsius posteris, hinc et ad
actu praesenti pro die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime
et immediate et immediate venturo incidenti realiter et in effectu solu-
tionem, et coram officio Actisq praesentibus Castren Capitan Praemysliensi reposi-
tionem et relictionem, repositamq et relictam rursus ab eodem Officio praesen-
ti non efficiendum nec arrestandam; vel quovis alio modo solutionem
Summae eiusdem praepediendum et impugnandum inscribit et obligat praesen.
Idq sub Vadio Summae Quinq Millium florenorum polonicalium per eund
Recognoscentem sive eius posteros suprascriptae Gnosae Catherinae Humiecka
Consorti et Creditrici suae, aut eius posteris ob non solutionem summae su-
prascriptae pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumben-
do. Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum succubito, ac pro re-
aliqua principali ex praemissis non completa complenda summaq ipsa prin-
cipali non soluta solvenda. Citatus existens memoratus Recognoscens Ge-
nerosus Michael Josephus Wasilkowski Pincerna Podoliae aut eius poste-
ri, ad Instantiam supradictae Gnosae Catherinae Humiecka Consortis et Creditri-
cis suae aut eius Successorum ad quodvis Iudicium et Officium Regni, ex
hinc

2126

hinc realiter suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino, tanquam peremptorio stare, Iure parere respondere, Vadium Actionem luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit, et tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes, Quos et eiusdem Terminos semper peremptorios, vera Infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione citra vel extra Regnum servitio militari ad munitionem ad exercitum, vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impalitamentis non differendo, ad Quietationem ultra proximos Iudiciique seu officij Cuiusvis Regni Terminos, dilationem sibi non recipiendo nullasque notiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia praenis simplicibus vel triplicatis evasionibus, suspensionibus, fatalibus Iuris praescriptione Terrestri Bello Convocationeque, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo, Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Feria Quarta in Crastino Festi Sanctorum omnium Anno Domini Millesimo sexcentesimo septuagesimo secundo.

2/xi

Sokolnicki et Rudzki Roborat.

126 Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosi Ioannes Stanislaus Sokolnicki ab una et Ioannes Mathias Rudzki parte ab altera, sani mentibus et Corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et Competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro

Interesse